Neriti da Salo, Vincenzo. Magnificat octo primi chori per omnes tonos quatuor vocib. decantandi . . . Venezia, Angelo Gardano. 1593. RISM N405.

Title:

MAGNIFICAT
OCTO PRIMI CHORI
PER OMNES TONOS,
Quatuor Vocib. decantandi.
AVCTORE F. VINCENTIO NERITO
De Salodio, Congregationis Mantuanę Ordinis
Carmelitarum de obſeruantia, Cæſareæ
Maieſtatis Muſico & Sacellano.
Nunc primum in lucem editi.
[Escutcheon of dedicatee]
Venetijs Apud Angelum Gardanum.

M.D.LXXXXIII.

Dedication:

ILLVSTRI ADMODVMQVE | REVERENDO AC CELEBERRIMO VIRO. | DOMINO IACOBO CHIMARRAEO RVREMVN-|dano, Apoſtolicæ Sedis Protonotario, Sacri Lateranenſis Palatij, | Aulæque Cæſareę, ac Imperialis Conſiſtorij, Comiti, | Sac. Cæs. Maieſt. a Sacris, & Eleemoſynis, Præpo-|ſito Ratiborienſi, & ad D. Gereonem | Coloniæ Canonico. | F. Vincentius Neritus Carmelita, Cęſareus Capellanus. | S.P.D. | [orn.] |

D*Vo ſunt genera virtutum; quantum quidem iudicio aſſequi poſſum; | Illuſtris, ac admodum Reuer. D. Iacobe; quibus mortalium animi ad | alicuius ſeruitutem, amicitięq; amorem induci ſœape numero, attrahiq; | ſolent; alterum quidem in cōſuetudine ac familiaritate innata ſuaui-|tas, ſummœq; humanitas; alterum verò, quæ in nobiliſſimæ rationalis | anima parte conſiſtunt, laboribus ac vigilijs generis cuiuſlibet conſe-|cutæ virtutes. Magnam prędiĉtarum virtutum viri, earumq; ſum-|mam potentiam, multo ab hinc tempore ex te quippe cognoui, & ſin-|gulari lętitia expertus ſum. Cùm enim hiſce præexcelſis dotibus, tan-|quam duabus fulgentisſimis gemmis te ſumma te ſumma admiratione cōdeco-|ratum, deſertiſſimè, humaniſſimèq; multos familiaribus colloquijs alloquentē aſſiduè inſpicerem, amor* | *in te meus in dies adauĉtus ad ſummum ita peruenit, vt maximę mihi glorię ducendum perſuaderem,| ſi quemlibet pro te laborem pręſtare, tuęq; dignitatis cauſa onus quodcunq; ſubire poſſem. Hanc verò | animi mei propenſionem aliquo officiorum genere tibi ſignificare cupiens, has paucas vigilias meas, | primarioſq; intelleĉtus mei fruĉtus, qualeſcunq; ſint, nomini tuo dicare volui. Quod quidem me non | iniuria feciſſe, ratio ipſa oſtendit. Muſicales enim concentus te adeo deleĉtatione afficiunt, vt multos | harmonicis virtutibus prędитos, ſuffragari, tueri, & iugiter proprijs tuis hædibus alere non prętermit-|tas, ex quibus & eleganti humanarum vocum vnione, & muſicalium inſtrumentorum varietate, lę-|titiam quotidie mirabilem capis. Sed cùm inter Cæſareos a Sacris ſupremum obtineas iuremeritò lo-|cum, cur pro*

viribus meis; vt talem decet virum; omni te proſequi honore ac reuerentia non debeo, | qui eodem numero, licet aſcriptus indignè, eodemq; munere ſum inſignitus & ego? Ea igitur; Illuſtris. | Pręſul; qua polles animi tui magnitudine, munuſculum hoc, tanquam teſtimonium meę in te obſer-|uantiæ ſuſcipere non dedigneris, & me ſimul tui addiĉtum benigno fauore proſequere; Teque Deus | incolumem ad Neſtoreos annos conſeruet. Pragœ die xxx. Auguſti. M.D.LXXXXIII. |

Index:

INDEX MAGNIFICAT.

Primi Toni.	Magnificat
Secundi Toni.	Magnificat
Tertij Toni.	Magnificat
Quarti Toni.	Magnificat
Quinti Toni.	Magnificat
Sexti Toni.	Magnificat
Septimi Toni.	Magnificat
Oĉtaui Toni.	Magnificat
Sexti Toni. Phil Schoen.	Et exultauit.

Contents:

Magnificat Primi Toni [odd verses]
Magnificat Secundi Toni [odd verses]
Magnificat Tertij Toni [odd verses]
Magnificat Quarti Toni [odd verses]
Magnificat Quinti Toni [odd verses]
Magnificat Sexti Toni [odd verses]
Magnificat Septimi Toni [odd verses]
Magnificat Oĉtaui Toni [odd verses]
Et exultauit Sexti Toni Philippus Schoendorff. A 5 [even verses]

Part-books:

CANTVS	A-C^4	24pp.	Dedication.	Index.
TENOR	D^4, E^6	20pp.	Dedication.	Index.
ALTVS	F^4, G^6	20pp.	Dedication.	No Index.
BASSVS	H^4, I^6	20pp.	Dedication.	Index.

Remarks:

Quarto format. Intonations in Tenor part-book. Fourth Magnificat indicated as "Quinti Toni" in Bassus part-book. Copy consulted: **D**-Kl. RISM N405.